



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 103. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo. v. 53.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

maturi, nisi forte ad missos à Principibus loquatur, quasi ad principales eorum, ut saepe sit, præsentes qui tamen erant absentes.

O Obsecrati & impii, quid opus erat, ut tam frequenti numero veniretis capere & eum ligare, qui se vltro, manibus vestris, ut ouem offerre est paratus? certè neciebatis plane, uti vestrae in ipsum satisfaceretis malitia, & quibus probris & cruciatibus in eum deserviretis, ideo ita recorditer proceditis, non agenda faciendo, & facienda omitendo, ista plane est potestas & modus proprius Dæmoniorum, qui vos in ductore vestro Iuda nunc regit & subigit.

§.102. *Quasi ad latronem exiſtiſ cum gladiis & fūſtib⁹.* v.52.

Ac si dicteret latronis officium est nocere & latitare: ego vero nemini nocui, sed plures lanaui, & in synagogis semper docui: ergo stulte facitis cum gladiis & fustibus me querendo: & quæſo, quando me cum armis incidentem vidistis? vel audistis, Vnde ergo contra inermem cum armis vendistis? non videtis, vos irrationali modo procedere, & conſequenter invalida esse, quæ attentatis?

Vnde nunc anima mea tuum dilectum, cuius caput aurum optimum, qui passitur inter lilia, in cuius labiis diffusa est gratia, nec ullamquam in eius manib⁹ inuenia est iniquitas. Ecce, ut nunc gladiis fustibusque conquiritur & impetratur: ac si in omnibus deliqueret, nihilque esset atrocitatis vel pœnæ, quod in caput eius innoxium conuerteret non debeat. Haud dubie & vitis erat ad manum Tribuni, more Romano, qua si opus, ut falsa ipse falsus Tribunus vitem nostram veram feriret, perstringeretque, ut fructum in tempore suo proficeret uberior. Dic igitur anima Deo devota, & clama: ego, ego, quæ peccavi, Hic autem quid fecisti en me, quam queritis, quæ furtum commisi, quæ rapui, quæ in cœlum & terram peccavi, hic autem nihil maligessit.

§.103. *Cum quotidiē robis̄cum fuerim in templo.* v.53.

Hoc quotidie, si de tota vita Christi intelligi debet, utique pro frequenter accipiendum est de synagogis: si vero de proximiore, ante captiuitatem tempore, sensus sit, propriissime est explicandum de templo Ierosolymitano, in quo & die Dominica præcedente triumphali inuenitus pompa, adiuit, & die lunæ, & die martis illius Hebdomadæ, in qua est caprus. Mira res! adverte hic, ô Christiane, verba illa, & obserua, ô Dei Sacerdos, ubi Christus quotidie fuerit: non in cauponâ, non in venatione, vel aucupio, vel domo lusoria, sed in templo

M. 2

Chriſtus

Christus fuit quotidie, in domo parris sui, ut eum ibi adoraret *in spiritu & veritate*: Quid ad hæc dicens? ô te pide Christiane, quid sacerdos negligens, qui Deo & templo sacratus es! Quotidiène templum visitas? ibidemque expandis manus ad Deum, & coribidemne laudes eius decantas? doce verbo & exemplo? Vide ne te quandoque pœnitentia desiderat tuæ, & ab hostibus templi circumveniaris, & æternum puniaris, ob neglectum templi tui.

O Sol sapientiæ Christe, qui in templo frequenter apparere dignatus es; & radios tuos, per nubem humanitatis emittere: digneris etiam nos illuminare luce gratiæ tuæ, contra tenebras culpæ, luce sapientiæ contra tenebras ignorantiae; tuæ veritatis fulgore contra tenebras erroris; & docere nos viam salutis & æternitatis. Doce nos in domo parris tui lubenter conuerſari; & in negotijs eius gloriam concernentibus lubenter occupari, donec tandem ad domum æternam, Te duce. & tua luce pertingamus, ubi te & patrem contempleremus visione & fruitione sempiterna.

§. 10. 4. *Non extendisti manus in me.* v. 53.

Aliud argumentum proponit Hostibus suis Dominus, ut agnoscam rem, quam agebant, non esse humanæ rationis, sed diabolici impetus & furoris, nimirum: Vos habentes voluntatem comprehendere me, tum in templo, tum in synagogis, docentem de die, & reprehendentem publicè peccata vestra, non capiebatis: nunc autem cum nox est, & in quiete sunt omnia, cum vos non reprehendo, cum celebritas dici festi agenda & passcha celebrandum est, venitis cum armis & fustibus comprehendere me: Quid causæ? quia ducem habetis, non à bono spiritu agitatum discipulum meum qui sui oblitus & conscientiæ, captus amore pecunie; studens iniqutitatem ad iniqutitatem, spe remuneracionis proditoria, & clam sine tumultu, de nocte, tradere me vult vobis, quod die lucecente, populo præsente, & ciuium bonorum turma inspectante facere & perpetrare, non ausus fuisset. Iste vobis infanæ tantæ Author est, ipsi autem dæmon,

O Anima deuota, si illis præsens fuisses, nunquid talia audiendo Creatori tuo compasias fuisses? & libenter eum defendisses? nonne tunc abundantissime doluisses & fleuisses? pone ergo hæc omnia nunc coram oculis mentis tuæ, tanquam si tunc præsens fuisses, & compatere Christo tuo, atque considera, ne & tu talia insana & irrationalia ex passionibus actites, quia ubi contra rationem agitur,

ibi